

EADEM RECTIFICATIO
a nauigationibus exactis. Cap. IX.

Prostea de nauigatione inter Aromata & Rapta, Diogenē quendā ait, qui in Indiā nauigarat, ac secūdo fuerat reuersus, quū prope Aromata, nauigasset à Septētrione arreptū esse, quumq; Troglodyticā à dextra habuisset, diebus uiginti quinq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorū promōtorium paululū est Australius. Theophilū autē quendā ex ijs, qui in Azaniā nauigare cōsueuerunt, à Raptis soluisse, ac Austri flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verū neuter horum, quot dierum nauigatio illa esset, aperuit, sed Theophilus se die uigesimo illac applicuisse, Diogenes uero dieb. 25. Troglodyticā, præternauigasse dixit, solū referētes quot diebus nauigassent, minime autē aduertentes, quot dierū nauigatio illa, propter uentorū in tāto tempore irregularitatē & immutationem esset, neq; utrū tota nauigatio illa ad septētrionē, aut meridiē facta fuisset. Verum Diogenes se tantū septētrione impulsū esse. Theophilus autē solū austro nauigasse retulit: reliquā autē nauigationē, q̄ eundē semper tenorē seruauerit, neuter dixit. Quod enim naues illæ tot diebus, eodem fuerint impulsæ uento, haud quaq; est credibile: ac ideo distantia eam, q̄ Diogenes, inter Aromata & paludes, quibus Raptū promōtorium australius existit, 25. emēsus est dieb. Theophilus à Raptis ad Aromata, lōgē maiore 20. dieb. exegit. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem mille esse stadia supposuit: cui rei licet ipse astipulet, ait tamen nauigationem eā, quē à Raptis ad Prassum promōtorium ac multorū est dierū, 5000. tantū à Dioscoro stadiorū supponi: quū facile, ut par est, uenti sub æquinoctiali mutant, ac ideo secūdum ipsum etiā solis trāsitus ad obliqua celeriores ponunt. Ob hæc igit magis decuisset, ut relatæ dierū multitudinī, fidē haud præstitisset. Et ideo etiā, q̄d omnīū manifestissimū

est, q̄d Aethiopes & Rhinocerotū conuentū ex opposito gelidæ cōstituit zone, quū ratio ipsa dicatet omnia, quæ sub eadē aëris qualitate posita sūt esse similia, siue plātē sint, seu animalia, imitariq; similitudines cœli, quæ sub eisdē sunt parallelis, aut illis q̄ æqualiter ab utroq; distant polo. Quapropter Marinus, solū usq; ad tropicū hybernū contraxit distantia, nulla rationabili causa de contractionis quantitate reddita. Quod si quis & dierū numerū & seriē acceptaret peragratiōnū, quēadmodū ipse fecit, hæc q; seruaret, quantitatē solum diurnorū stadiorū præter modū & consuetudinē minueret, antequā terminus ad eū perueniret parallelū, ad quē ipse uenire censet oportere. Atqui contrariū potius sequi deberet. Nempe ut possibilitati diurnæ peregrinatiōis crederetur, tenori autē perpetuo tam iuxta æqualitatē, q̄ secūdum positionē, minime fides adhiberet, tanq; impossibile existat, ut distantia inquisita per hæc accipi ualeat, aut illud solū, q̄d ea maior fiat sub æquinoctiali: uerum rectius ab aliquo eorū q̄ manifestius apparēt, deprehēdi potuisset, tale em̄ longē fuisset certius, si quis magis mathematicalius cōsiderasset, quæ regiōibus illis accidere solent. Verū cū historia talia præstare nequeat, reliquum est, ut à simplicioribus plenius cōsideret ratioabile quantitatis ultra æquinoctialē egressionis. At illa p̄ formas et colores animalū, q̄ in locis illis sunt, percipi potest. Vnde sequit, parallelū per Agisymbā regionē, quæ sine cōtrouersia Aethiopū est, nequaquā ad hybernū usq; p̄tingere tropicum, sed citra æquinoctialē potius terminare, nō enim apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico æstiuo: homines iam Aethiopū colores habēt, neq; Rhinoceroses sunt, aut elephantes, sed in haud multū illis australioribus modice existūt nigri. Quemadmodū qui intra Syenē triginta habitant schoenis, qualesq; sunt Garamantes, quos Marinus ob hanc causam, nequaquā subtropico æstiuo, neque eo borealiores, sed